



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

I. Noxas hominum laturum Messiam Judaei sentiunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

1. Joh. 2. 1, 2, 12. Sed & si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. . . . . Scribo vobis, Filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen ejus.

1. Joh. 4. 10. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

Apoc. 1. 5. Et à Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terra, qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

*De Gen. 3. 15.* I. **I**N primo testimonio, quod è tertio Geneleos capite depromptum est, à Vulgata recessimus, quæ sic habet: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem; & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum; ut intelligatur, Semen, Ebraice קַרְנָי, quod cum sit generis masculini, sequitur אִמָּה, masculini item generis. Auctores sequimur Irenæum, & Cyprianum, & Onkelon. Nonnulli quoque Vulgatæ editionis codices manu scripti habent Ipse, ut in variis lectionibus adnotarunt Lovanienses Theologi. Sic Septuaginta reddiderunt, *ἐν τῷ*, licet præcedat *σπέρμα*, semen; ratione nimirum habita significati, non significantis. Quanquam Vulgata interpretatio sua defensione non caret, quæ peti potest ex Bellarmino, aliisque eruditis Scriptoribus. Frustra autem in dubium vocata est Ebraice exemplaris fides, quam Samariticum confirmat, iisdem expressis elementis.*

Iren. libr. 4. cap. 78. Cyprian. Testim. libr. 2. cap. 9.

Bellarmin. De verb. Dei, libr. 2. cap. 12.

## CAPUT CXLIV.

Jesús peccata hominum ipse portavit.

**I**SA. 53. 4, & seq. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, & nos putavimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostra super eum, & livore ejus sanati sumus. Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum . . . . . propter scelera populi mei percussit eum . . . . . Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum . . . . . in scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam; & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogavit.

Thren. 4. 20. Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris; cui diximus, In umbra tua vivemus in gentibus.

Noxas hominum latuerunt Messiam Judæi sentiunt.

I. **H**OMINUM noxas laturum Messiam Judæi nobiscum sentiunt. Testis R. Samuel in libro Sanctorum: testis & R. Abraham Schalom, in *מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה* Quocirca Messias Judæis dicitur *אִישׁ קָפָר*, vir expiationis, ut habetur in Midrasch Schir hasschirim.

**J**OH. 1. 29. Altera die vidit Johannes Jesum venientem ad se, & ait, Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi.

2. Cor. 5. 21. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso.

Gal. 3. 13. Christus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictus; quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno.

1. Petr. 2. 24. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitia vivamus, cujus livore sanati estis.

1. Joh. 3. 5. Et scitis quia ille apparuit, ut peccata nostra tolleret, & peccatum in eo non est.